



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 6. Inter Apostolos, solus Petrus vxorem habuit, at illam dimisit, sicut alij postmodum, quorum vxores dicebantur Episcopæ & presbyteræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

pes, pauperum patres: qui licet ipsi tenuissimi essent census, pauperum tamen curam gerebant, non illis de suis tribuendo facultatibus, quas nullas habebant, sed ab his & illis elemosinas in pauperum subsidium conquirendo.

VII. Si pauperes Apostoli, quanto magis diuites Ecclesiastici.

Hanc in D. Paulo laudabis sollicitudinem ex collectis quas faciebat, fierique curabat, ex diligentia qua sedulo querebat elemosinas pupillo pauperi, viduae afflictae, languenteque desolato. Hinc collige, si ipsi nullis opibus turgidi, sibi conuenire iudicabant, illas pro Dei amore efflagitare, & in pauperum rogare subsidium: quam non stricto ad id tenebuntur vinculo Episcopi, prelati, in dignitatibus constituti, superiores eorum Ecclesiastici, diuitijs abundantes, erecte in monte S. Libano cedri, arbores coronatae, iure Diuino, Deiq; praescripto pluribus censibus, fructibusque saturatae? Sunt illi ipsi quibus singulari nomine pauperes referuntur, illi qui oculos suos in mendicos deflectere constringuntur, quod si coniugati essent, vxore, filijsque grauarentur, quid dandum pauperibus, quae, o, superesset? Cum proprijs abundarent filijs, in quos oculos conijcerent, qua die mihi ratione, illos conijcerent in adoptiuos, quos illis Deus destinat, mendicos intelligo?

L. v. contr. Louinia ad finem.

Enucleat subtiliter D. Hieronymus argumentum Theophrasti, de expensis matrimonij, & vel vt modicum totam esse facultatem, etiam magnam, qua stultex mulieris ineptis facis fiat desiderijs: cupit serica, alina, polymita, gemmas, monilia, tunicas, thestira, & gaudet siso vnico pretium vnus appendere ciuitatis: Nullus (D. cito Basilium) muliebri concupiscentia saturi tibi

D. BASTI Hom. 7. in dyseides. To. 1.

aurus. Quis nouis indies satisfaciet ornatus, cultusque inunctionibus? Expendit D. Cyprianus locum Isaie, in quo grauitur & aculeate perstringit mulierum ornamenta, numeratque viginti duas species adeo singulatas, vt vix eas dum legimus, quae sint intelligamus: Nec mireris cum diebus singulis mundum immutent muliebrem, tot inuentionibus varium, vt eorum quae heri gestarunt, hodie non meminerint, ornamentorum. Quid de filijs commemorem, quas non opes abligurunt? Quot prodigos lugent parentes, qui quicquid illis nocturno diurnoque cumulant labore, suis expendunt luxurijs ganeones? Quas non diuitias, quae non patrimonium superbæ profligant adolescentulae? Quid non dilapidant? Numquid non expensae, quas familia muliere, liberisque grauida patitur, sunt infinita? Ad hoc igitur statuit Deus sint Ecclesiastici facultatibus abundantes vt illas pau-

VIII. Infatiabilis mulieris desideria.

L. de discip. & hab. vng.

peribus largiantur, nullosque filios nonent, nisi pauperes, in quos sua deflectant lumina, liberalales.

§. 6. Inter Apostolos, solus Petrus vxorem habuit, at illam dimisit, sicut alij postmodum, quorum vxores dicebantur Episcopo & presbytero.

Nunc igitur nodum explicemus. Si hoc ita sit, qua ratione habuerunt Apostoli vxores, pariterque Episcopi in primitiua Ecclesia? Dico primo; (respondet D. Hieronymus) quod ex omnibus Apostolis, solus Petrus vxorem agnouerit: illum ad Apostolatus dignitatem vocauit Christus iam vxoratum, qualesque elegit Apostolos, tales quoque consecrauit. Licet autem mulieri cohabitauerit, illa non vt vxore, ad vsum matrimonij, sed vt sorore utebatur. Hinc quadrat quod pridem Apostolus dixerat: *Seruus vocatus es? Non sit tibi cura, sed si si potes fieri liber, magis vtere: qui enim a Domino vocatus est seruus, liberus est Domino, similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.* Per seruum hic coniugatum intelligit, quia subiectus est seruituti: hoc namque nomine a D. Paulo vocatur. Quando fidei nomen dedisti, erasne coniugatus? Ne dimiseris vxorem, & ad quid? ad vsum matrimonij? Nequaquam, sed vt vtere illo matrimonij vinculo, vt mulierem ad fidem inducas Catholicam: hoc enim significat: *Magis vtere. Si potes aliquis causas mutare distans, vt libertate perfruaris, noli saluam tuam cum alterius interitu quaerere.* Sciat autem, qui talis est, quod liberus est Domini, qui Domino laborat. Ita Petrus egit, omnia namque relinquens, mulierem quoque quoad vsum matrimonij dimisit, sed vt illam Christo lucraret, non dimisit. De alio Apostolo, teste D. Hieronymo, non probatur, quod vxorem habuerit, quando a Salvatore fuit vocatus, nec legimus cum postmodum colla subiecisse matrimonio. Et hoc quoque crede. De D. namque Ioanne omnes nouimus, quod a Christo virgo sit electus, talisque perpetuo remansit purissimae cultor virginitalis. Suadebat ipsa ratio, vt in Apostolatu vterque ille status honoraretur: *Quem fides Christi virginem reppererat, virgo permansit, & ideo plus amatur a Domino, & retribuet super pectus Iesu, & quod Petrus, qui vxorem habebat, interrogare non audeat, illum rogatus interroget. Et post resurrectionem nunciante Maria, D. Ihs*

ria Magdalena, quod Dominus resurrexisset, vixit
 que cucurrit ad sepulchrum, sed illo praesentis. Cum
 que esset in via, & piscarentur in lacu Genesareth,
 Iesus statim in litore, nec sciebant Apostoli,
 quem viderent, solus virgo virginem agnovit, &
 dicit Petrus: Dominus est. Rursus post auditam sen-
 tentiam, quod ab alio tingendus esset Petrus, &
 ducendus, quo nollit. Et crucis ei fuisset passio
 propheta, & illi diceret: Domine, quid istud
 nomen deservere Ioannem, cum quo semper fuerat
 copulatus, dicit ei Dominus: sic enim volo mone-
 re, quid ad te? Vade & sermo exiit inter fratres,
 discipulum illum non mori. Ex quo ostenditur, vir-
 ginitatem non mori. Carnem etenim puram nul-
 loque modo corruptam, facile credimus, a ver-
 mibus non excedendam, eoque transire haec ad
 discipulos de virginitatis incorruptione. creduli-
 tatis, hincque haec virginitas tanta ratio dilectio-
 nis. Prosequitur Divus Hieronymus: Et ut bre-
 vi sermone multa comprehendam, doceam que eius
 privilegij sit Ioannes, imo in Ioanne virginitas a
 Domino virgine, mater virgo, virgini discipulo
 commendatur. Ex quibus omnibus circumstanti-
 is liquido patet, Ioannem fuisse virginem, de-
 cuius fratre, Iacobo Maiore idem, testatur Di-
 ophanus, & de Iacobo Minore. b. quod D.
 Ambrosius vxo em non duxerit, probat Simon
 Metaphrastes in vita D. Petri; ac de caeteris
 idem sentit Tertullianus. De D. Paulo confirmat
 ex professo, & dilucidè D. Hieron. d.
 Secundus, (replicat D. Hieron.) certum est,
 certumque semper habitum in Ecclesia, quod
 D. Petrus, & si quis alius Apostolus habuerit
 vxorem, quam primum Apostolatus munus sus-
 ceperunt, nuntium remiserunt vxoribus illasque
 secum non vt vxores, sed sorores habuerint. Eas-
 dem sit de alijs Episcopis sententia, eademque
 fides. Pauci tum temporis inueniebantur Chri-
 stiani, requirebat necessitas Episcopos, huic mu-
 neri obeundo capaces: quidam optime litteris
 instructi, moribus insignes; ac vxorati; esse
 volebantur; hos ad Sacerdotij, & Episcopatus
 dignitatem eligebant; illa tamen cautione, vt
 viti non essent bigami: vt ex D. Paulo colligi-
 mus: Episcopus sit vnus vxoris vir: bigamia
 namque, & frequentatio matrimoniorum in
 iure magna signum est incontinentiae. Idque
 hoc insuper modo, vt quam primum ad illam
 promoverentur dignitatem, votum emitterent
 castitatis, & continentiae, vnde quoad thorum
 separabantur ab vxoribus, quas ab illo tempo-
 re non vt tales habebant, nec affectu intuebantur
 matrimonij, sed vt forores adamabant. Ex hac

ratione, nedum licitum non erat eodem dormire
 lecto, sed nec cubiculo, & communiter nec in
 eadem simul de mo. cohabitare.
 Hinc aptius intelligemus, quales illae fuerint
 mulieres, quas Sacri Canones, antiqua Corci-
 lia, Sanctique Patres vocant Episcopas, presby-
 teras, Diaconas, vel Diaconissas. Concilium a Ca. vlt.
 Laodiceae. a. Secundum Turonense. b. Anti-b. cao.
 siodorense. c. D. Basilius. d. D. Gregor. e. D. c. c. 21.
 Athanas. f. illas scribunt Presbyteras. Concilium d. Epist. 177.
 Turonense secundum. g. Episcopas nominat, & ad Pera-
 valde familiare, est illas vocare Diaconissas. Di-
 gorium. ueris sacris Canonibus inhiibetur, nullus possit e. l. 4. dist.
 Episcopus suae cohabitare Episcopae nec presby- c. 11.
 terae presbyter. Refert D. Gregor. de illo San- fl. ad vxo-
 clo presbytero Ursino Mucienis: Eo tempore or- gmem.
 dinarius accepta presbyteram suam vt sororem g. c. 13. Ex-
 diligens, sed quasi hostem cauens, ad se proptus ac- 24.
 dere nunquam sinebat. Vide Baronium. Fuso & V.
 actiter inuehitur D. Basili in presbyterum Pera- Qua m. u.
 gorium, suae presbyterae conuenientem: quia licet sh-
 Sacri statuere Canones, si quis Episcopus sua cantu- E-
 cohabitaret Episcopae excommunicatus depo- piscopa-
 natur. Quae nam erant illae? Licet diaconissae vo- presby-
 centur mulieres, quibus dabatur facultas legen- rae, & c.
 di: quasdam in Ecclesia lectiones, & presbyterae, D. C. r. c.
 mulieres seiores, quae erant velut Abbatisse: L. 4. disto-
 nomen enim presbyteri, senioreni indicat; sapus est.
 tamen tales esse dicuntur, quae viorum erant Baron. To-
 vxores, qui diaconi, Sacerdotes aut Episcopi l. anno
 consecrabantur. Ita vt si quis coniugatus eli- Christi
 geretur in Episcopum (sicut Romae electum 34. c. 82.
 fuisse legimus D. Fabianum vxoratum in sum- VI.
 mum Pontificum) huius vxor vocabatur Episc- Castitas
 pa; si presbyteri consecrarentur, dicebatur pres- annexa
 bytera. Porro sicut hoc certum est, sic & illi d. Sacris or-
 multo certius, quod tempore suae consecratio- diuibus.
 nis, coelibatum & continentiam ita sacris cente-
 rent annexam ordinibus: vt eum tam non posset
 indissolubile solui vinculum matrimonij quoad
 sui substantiam; quoad vltim tamen dissolueba-
 tur. Hacque fuit perpetua Catholica praxis Ec-
 clesiae.
 Nec est cur admiremur (inquit D. Hieron.) 16. L. 9.
 hoc ita in lege decretum Evangelica, cum idem VII.
 tempore legis antiquae in Moyse videmus, Con- Moyses ad
 iunctus erat Moyses Sephora in matrimonio, Deo vo-
 filiae Sacerdotis illustris Madianitae; vixit egit- catus vxor
 que cum illa multo tempore velut maritus cum rem re-
 vxore, genuit ex illa filios, sed quam primum missit.
 illum Dominus de miranda tibi visione voca- L. 216.
 uit, elegitque, vt sibi proprior adesset, & age-
 ret cum eo familiarior, na negotium cum vxore
 Coniu-

VIII. Quid sit calceamenta deponere. Exod. 3. 5.

conjugale seposuit, ut deinceps, eam nunquam tanquam vxorem agnoverit. Intellexit autem Moyses (ex D. Hieroni sententia) hoc ita à Domino decretum dum propius visionem contemplant, ait: *Solue calceamenta de pedibus tuis, eo namque tempore, calceamenta deponere, significabat mulieri dare libelli in repudiij: ita quoque ipsi Deus postmodum in lege explicitè disposuit cernimisque in historia Ruth ad amissum esse completum. Hoc dato, dum Deus Moysi mandat, soluat de pedibus calceamentum, idem est, ac si dicat, renuntia vxori, non ex integro: quia non perfecte poterat remittere coniugem, cum qua matrimonium contraxerat ratum & consummatum, atque ex qua susceperat liberos sed quantum ad vsum matrimonij, tamen quisquis à Deo seligitur in Sacerdotem, & familiarem cum eo conversationem, suadet equitas, ut cum vxore eam non habeat, sed in toto & ex toto se Deo purum, castumque conseruet: Moyses (audi D. Hier.) cum vidisset visionem magnam & Angelum, siue Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eam accedere, nisi soluisset corrigiam calceamenti sui, & abiecit vincula nuptiarum.*

D. Hier.

IX. Populus ad montem accedens ab vxoribus abstinet.

Nec hoc tanti, (idem iterum) istud à Domino Moysi fuisse decretum quem amicum assumpsit & legislatorem, cum quo in cacumine montis, & tabernaculo secerius erat acturus, ut amicus cum amico quandoquidem, dum populo praescripsit ad radicem montis accederet, & ad eum declinam resideret, in cuius vertice cum Moyses familiariter loquebatur: mandauerit, ut se ad accessum illum omnes prepararent, quibus iam se actibus sanctificantes praesertim autem: *Ne appropinquarent vxoribus suis: Nec mihi hoc de amico, & propheta, & legifero Dei, cum omnis populus accessurus ad montem Sinai, & Dei auditurus eloquium, sanctificari iussus sit, & se ab vxoribus abstinere.* Pro conclusione nota, quam sint quae diximus rationi consona, refert enim praefatus Doctus, etiam apud Aegyptios, qui Sacerdotum dignitatem ambiebant Deorumque suorum sacra contingebant, nec non familiariter cum illis agebant: daemones licet fuerint, quam primum tamen huic sese muneri accingebant, calceamenta deponebant, vxores manu mittebant, filios, delicias, negotia, contractus, & quidquid illis poterat esse diuerticulo: *Numquam se mulieribus misuerunt, nunquam cognatos, & propinquos, nec liberos quidem viderunt eodem tempore, quo crepissimè diuino aliquid deservire.* Hinc colligitur: *Quid Evangelicè debeant facendum Sa-*

Exod. e. 19

19

D. Hier.

X. Aegypti Sacerdotes vxores ablegabant.

cerdoti proinde non est quod pro ande huic doctrina diutius immoremur, licet non fuit incongruum, ipsos admonere Sacerdotes, gratumque illis obligationem ex eo probare, quod ad tantam euecti sint dignitatem, tam sublimibus consecrari mysterijs tamque vicino & familiari cum Deo colloquio destinati.

S. 7. Status Matrimonij sanctus est: potestque matrimonio iunctus sanctus euadere, ut Enoch, Noe, Abraham, Moyses, &c.

Vxorem habebat D. Petrus, & socrum, imo filiam nomine Petronillam ex aliquorum opinione, ut refert D. Aug. & nec ipse refellit eratque sanctus. Hic velim aduertias, ex Chrystost. b. destructas, & repulsas multorum elerationes: qui sibi persuadent, se perfectos esse non posse, si duxerint vxorem, liberosque procreent, quod nec puillo tempore vacare valent orationi, solitudini, nec vel vnam capere disciplinam, nec vnam largiri pauperibus elemosynam: haecque est quotidiana & obuia excusatio, quam obijciunt, qua praetendunt se solutos esse omnibus pietatis officijs, cum talique virtutum operibus. Quam primùm (inquit D. Chrystost.) vos ad haec exhortamur, in faciem nobis obijctis. Demine, vxorem duxi, vel viro nupsi. Ut quid vel patumper non secedis solitarius, ut tuum D. Virgini euoluas rosarium, eiusque mysteria contempleris? Vxorem duxi, non sum ab vxore, non sum à liberis liber, agant ista religiosi. Cur ò Domine, non tuam mortificas carnem, duroque te flagro calligas? Nupsi viro: non meus permittit status: haec spectant moniales. Ut quid tu Cræse diues pauperi negas elemosinam? Familia est mihi multa nimis, nec ei alenda sufficunt quamuis maguae facultates, hoc munus Episcopis inuambit & dignitate primatij. Quis igitur (querit D. Chrystost.) hunc institit statum, eone instituit animo, ut qui illum susceperet, sanctus non esset, sed quibuscumque pietatis liber exercitij? Num forte matrimonium opponitur sanctitati? Ut autem te hoc errore liberet (inquit) proponit tibi ob oculis multos Spiritus S. vxoratos, qui non tali quali, sed praecellenti fuerunt probi sanctitate, ut etiam caput attollant inter eos, qui sanctitate praefuissent. Sanctum contemplare Enoch iam ab ipsius mundi primordijs, notefque velim, quale de ipso Spiritus veniatis scribat testimonium:

M. Hieron. in libro de vita contemplatiua. c. 1. p. 11. dicitur. Et in libro de uita contemplatiua. c. 1. p. 11. dicitur. Et in libro de uita contemplatiua. c. 1. p. 11. dicitur.